

FABVLA COMICA,

In commendationem ædificij, egenis senibus HARLEMI extruendi:

Scripta, aut lusa potius

A

CORNELIO SCHONAEO GOVDANO,
Gymnasiarchâ Harlemensi.



ZVVOLLÆ,
Apud *ZACHARIAM HEYNS*,
DD. Ordinum TransIsalaniæ Typographum,
CIƆ. IƆ. CVII.

Actorum Nomina.

THEOPHILVS EVCLIO

MACARIVS PHILARGYRVS

NOSOPONVS EVSEBIVS

ÆGIO IGNATIVS.

Actus 1. Scena 1.

Iambici.

THEOPHILUS.

GAUDEO me jam inde ab adoleſcentia fuiſſe eo
Animo, ut nihil minus putem perire, quàm
Quod confertur in egenos, atque pauperes:
Tales potiſſimùm, qui ætate infirmi, ac debiles,
Domi inſuper ringuntur, & cruciantur inediâ.
In horum ſubſidium ego lubenter aliquid confero:
Neque id perire, ſed in ipſum Deum erogari exiſtimo.
Quando ipſe Chriſtus, noſtræ auctor ſalutis, indigentes
Et fortunæ tenuioris homines tam ſedulò
Commendarit nobis: manifeſtis verbis aſſerens: id quod
In pauperes confertur, in
Se eſſe collatum: atque huius beneficij nequaquam Troch.
Se immemorem fore. Quis igitur in tam pio opere
Difficilem, aut inhumanum ſe præbeat? Troch.
Næ ille quovis ſaxo adamantino mihi
Videatur durior; planéque dignus, cui
Deus itidem beneficentiam adimat ſuam.
Sed video huc accedentem Macarium: in tempore, Troch.
Atque opportunè herculè; quando de ea (ſatis.
Re hîc mecū loquor, ad quam ipſe quoque naturâ eſt proclivis
Horſum ſe confert, uti puto; itaque hîc pauliſper
Subſiſtam, donec propiùs acceſſerit. Troch.

Actus 1. Scena 2.

Eiuſdem generis.

MACARIUS

SAtis mirari nequeo inhumanum, durumque multorum
Animum, qui cum opibus abundent, ac delitiis,

Ac opiparis conviviis se quotidie expleant,
Troch. Ne exiguam quidem stipem indigentibus
Sibi dandam existimant: neque cogitant quid à Deo
Sit præceptum nobis: nimirum ut inopiæ
Tenuiorum pro re suâ
Quisque opituletur, atque succurrat, & hinc præmium
Post hanc vitam exspectet. Divini hujus mandati, bone Deus,
Quam pauci memores sunt! In quorum numero utinam
Non esset mea quoque uxor, quæ sæpe aures
Meas suis obtundit jurgiis atque querimoniis,
Quid agis, inquit Macari? cur rem nostram profundis?
Cur quod comparcimus, nostrum defraudantes genium
In alios effundis? non perpendens quanto labore
Troch. Partum. Et plane desipit, meâ quidem
Sententiâ; quæ quod famelico tenuiorum
Ventri saturando impenditur,
Arbitretur perire. Mea sic est ratio,
Et sic animum induco meum:
Troch. Qui fame, aut siti periclitantibus
Suis opibus auxiliatur, Deum sibi
Non hominem demereri. At quemnam, non ita
Procul hinc stantem video? Theophilus est, nisi
Hallucinantur oculi. Accedam, atque alloquar.

Actus I. Scena 3.

Eiusdem rationis versus.

THEOPHILUS, MACARIUS.

SAtis hîc substiti diu: adire eum volo. At
Ipse huc ad me affectat viam.
Troch. Gaudeo, nam nullũ malim quàm eum nunc mihi dari obviam:
Nec quisquam est, cum quo confabulor
Lubentius: idem enim illi, qui mihi est animus,
In egenos liberalis admodum,

Atque benignus. Sed jam compellandi tempus
Est. hem Macari, quo tibi iter est? *Mac.* Prodeambulatum
Egressus sum foras. *The.* Me quoque cæli serenitas
Eodem pellexit. *Mac.* Nihil hercule potuit
Fieri oportunius. Ibo una tecum, si quidem placet. *Theo.* Placet
Maxime: neque optarim Troch.
Alium viæ comitem: nam bellè inter nos convenit.
Mac. Sic est. Sed quosnam huc procul adventantes video?
Th. Nescio: nam intervallũ longius est, quam ut oculorum acies
Assequi queat. *Mac.* Tardius incedunt, & propterea Troch.
Senes esse arbitror, & ætate debiles.
The. Tales sunt certè. *Mac.* Opperiamur eos hîc, & quid
Inter se sint loquuturi, auscultemus. *The.* Mirum ni
De corpusculi sui imbecillitate, & Troch.
Penuriâ etiam sint conquesturi: quæ si quando ad
Senectutem accedit, duplex profecto istud
Onus est existimandum. *Mac.* Verè tu istuc Theophile.
Vetus ac frequens dictum est: Senectus per se morbus est.
Porro si pauperies, reique familiaris inopia
Eam premat insuper, quis non horum vitam
Deploret, atque infelicem esse judicet?
The. Nemo profecto. Et ideo nos, quibus facultates
Non desunt, pro viribus illis subvenire Troch.
Convenit. *Mac.* Eo herclè animo fui hactenus, & in posterum
Futurum me confido. Sed tacendi tempus est,
Propius adsunt: auscultemus sedulò.

Actus 1. Scena 4.

Ejusdem generis.

Nosoponus, Aegio, Macarius, Theophilus.

Næ nos hominum qui vivunt sumus infelicissimi,
Qui cùm senes sumus, tardo atque infirmo corpore,
Paupertate insuper discruciamur gravi.

Aeg. Est ut ais Nosopone. Egestatem utcunque tulero,
Nisi omnium membrorum accederet imbecillitas:
Et senium, diversis, gravibúsque morbis
Ante senectutem contractum. *Nos.* Illa tua querimonia
Mihi tecum communis est Aegio: sed spero ego
Hanc nostram miseriam non diuturnam fore,
Cùm ad extremum ætatis terminum
Devenerimus, & mors jam impendeat nobis.
Mac. Miseret me eorum. *The.* Non injuria. Sed taceamus, &
Quid præterea sint dicturi, auscultemus. *Aeg.* Hei
Mihi! quartâ lunâ nos natos esse existimo,
Quibus cum Penia, inamabili illâ Deâ, gravissima
Troch. Lucta per totam vitam fuit hactenus.
At quosnam istic consistentes video? *Nos.* Viri
Videntur divites, & humani: ab iis boni aliquid
Nobis exspectandum arbitror.
Aeg. Eadem spes animum habet meum. Accedamus ad
Illos. & comiter appellemus *The.* Huc se conferunt,
Stipem, uti puto, petituri. *Nos.* Salvete
Viri humanissimi. *Mac.* Salvete & vos, quicunque estis.
Aeg. Egestati nostræ oramus ut opitulari dignemini.
Nos. Succurrite nobis miseris. *The.* Haud equidem difficiles hîc
Nos experiemini: atque ita facere nos decet.
Video vos pannosos, ac vestibus
Indutos vilibus, & horrere frigore. Tu meum
Hoc pallium accipe & utere ut tuo. Mihi
Aliud superest domi. *Mac.* Optimè
Factum Theophile. Huic video thorace esse opus.
Meum exuam, illíque dabo. *Nos.* Habemus gratiam
Viri humanissimi. *The.* Pecuniæ etiam aliquid
Addamus Macari. *Mac.* Placet. *Aeg.* Deus vos pro
Istac vestra in nos liberalitate diu serviet
Troch. Incolumes, & post hanc vitam gratiam
Referat vobis. *The.* Ita speramus futurum.
Valete. *Nos.* Valete & vos viri honoratissimi.

Actus 2. Scena 1.

Iambici.

ÆGIO, NOSOPONUS.

EGressus sum, ut visam, meus quid faciat Nosoponus,
Quem toto non vidi triduo. Itaque vereor
Ne lecto affixus, decumbat miser: namque imbecilla est
Valetudine, cum variis, gravibusque
Morborum generibus colluctans quotidie.
Ego quidem membris sum imbecillis, & pedibus
Aeger: verum valetudine meliori, quàm
Ipse: cujus me sæpe miseret. Sed non procul Troch.
Ab ædiculis illius absum. Accedam, atque ostium
Pulsabo. At eccum ipsum opportunè egressum conspicor.
Alloquar. Eho Nosopone, salve. *Nos.* Tun' hîc eras
Aegio? *Aeg.* Eram. Sed quid causæ est, quod te hisce tribus, aut
Quatuor diebus nusquam viderim? *Nos.* Morbus
Haudquaquam levis me detinuit domi, neque Troch.
Prorepere quoquam est passus. *Aeg.* Eam fuisse causam
Facilè divinabam. Sed quò jam te confers? *Nos.* Ad te
Ibam. *Aeg.* Et ego ad te. *Nos.* Commode igitur
Hîc alter alteri obviam venimus. At quid, quod te rogem?
Aeg. Quid? *Nos.* Optarésne tales jam nobis rursum
Occurrere, quales isti erant, qui non solùm pecuniâ
Nuper, sed vestibus etiam sibi exutis
Nobis subveniebant liberaliter. *Aeg.* Bonâ Troch.
Quidem herclè fortunâ isthuc tum accidebat
Nobis: verùm hujusmodi aves sunt rarissimæ:
Cùm inhumanos, tenaces, & avaros invenias plurimos,
Quorum aures ad pauperum, & egentium preces
Obsurduerunt, atque clausæ sunt planissimè.
Nos Talium herculè infinitus est numerus: Troch.
Cùm tamen in sacris concionibus quotidie eos
Admoneant sedulò ecclesiastæ, quid ab eis
Deus exigat, nimirum beneficentiam, &
Benignitatem erga indigentes. *Aeg.* Funguntur

Illi quidem suo officio satis diligenter: at
Troch. Surdo apud multos canunt
Fabulam. Sed video huc accedentes nescio
Quos. Præstolemur eos hîc, atque propius
Aggressos adoriamur. *Nos*. Fiat. Inutilis
Enim pudor est homini, dum urget necessitas.

Actus 2. Scena 2.

Ejusdem generis,

EUCLIO, PHILARGYRUS.

VT nihil usquam tutum est ab impudentibus
Troch. Mendicis Philargyre, qui nusquam non occurrunt,
Non solum ad quælibet ostia civium
Mendicantes, sed obvios quosque
Magnâ adorientes confidentiâ. *Phi*. Impurum
Istud hominum genus ego odi pessimè,
Quibus planè periit pudor:
Troch. Itaque nullum prætereunt. Si quos vident
Confabulantes, aut inter se agentes quippiam,
Troch. Continuò advolant & obstrepunt:
Quùm interturbant etiam serias res tractantes.
Eu. Est ut dicis: ideoque ego eos cane pejus, &
Angue fugio: quamvis non semper effugio.
Phi. Me quoque invitum de improviso sunt sæpe
Adorti. *Eu*. Idem & mihi non raro contigit.
Phi. Si quem tenent, abire non sinunt, donec
Aliquid extorserint. At at, duos hujus generis
Prope hîc astare conspicor.
Nec antè animadverti. *Eu*. Neque ego. Et tamen si quid
A me petent, quod arbitror futurum, nihil auferent.
Phi, Rectâ ad nos accedunt viâ.

Actus 2. Scena 3.

Ejusdem rationis versu.

NOSOPONUS. ÆGIO, PHILARGYRUS, EUCLIO.

EHo Aegio, satis exspectavimus diu,

Nunc

Nunc esse tempus accedendi existimo. *Aeg.* Præcede,
Sequor. *Nos.* Salute plurimâ vos impartimur
Viri humanissimi. *Aeg.* Fausta insuper vobis
Precamur omnia. *Phi.* Apagite,
Quid nos interpellatis impudentes? *Nos.* Non
Sunt jam hæc humani hominis verba. *Eu.* Vah, quid, tun' nos Troch.
Inhumanos appellas furcifer? *Nos.* Non id
Quidem dixi, sed impudentiam nobis
Objectam excusavi civiliter. *Phi.* Impudentes
Estis procul dubio, utpore qui perfricuistis
Frontem: & pudore omni abjecto, à quibuslibet
Vobis efflagitandum existimatis aliquid: ut procul
Ab omnibus negotiis, & occupationibus
Ociosis liceat vivere, atque delitari Troch.
Vobis. *Aeg.* Non herculè ocium quærimus: at inedia,
Et corporis imbecillitas,
Vt mendicemus nos compellit. *Eu.* Dictum illud frequens
Est, & verissimum, ut ego quidem existimo:
Mendici pera non impletur. *Phi.* Nihil inquam
Est dictum verius: nam si quid hodie vobis
Datur, crastino erit absumptum die. Itaque pertusis
Doliis similes estis, quibus quicquid Troch.
Infunditur, statim effluit:
Et ob id periisse arbitror, si quid vobis datur. Troch.
Nos. Aliter oro ut rem intelligatis ô boni:
Cara hoc tempore sunt omnia,
Et pauca sunt, quæ accipimus: tum uxores quoque
Alendæ sunt nobis. *Phi.* Vxores dicis! illæ
Lanâ ac telâ sibi victum quæritent potius,
Quàm ociosæ usque domi desidentes, aut Troch.
Cum vicinis mulierculis confabulantes,
Tempus inutiliter transigant:
Sine sollicitudine exspectantes, quod vos per totum diem
Mendicantes, domum sub vesperum reversi, illis
In gremium infunditis. *Aeg.* Pauca admodum sunt, quæ

Accipimus: adeo ut frequenter inanes redeamus domum.
Eu Næ tu nos stultos, insipientesque esse existimas
Troch. Impudens, qui id credamus vobis. Operam omnem luditis,
Cùm vestræ technæ, ac fallaciæ satis
Innotuerint nobis *Phi*. Ohe, abite hinc,
Abite inquam, vel in malam crucem,
Vti digni estis impurissimi.

Actus 3. Scena 1.

Iambici.

MACARIUS THEOPHILUS.

Coeli serenitas, aërisque temperies
Me pellexit foras, & ut ambulatum prodeam.
Sed optarim mihi viæ comitem; non quemliber,
At commodum, atque amicum: quicum liberè
Liceat colloqui. Id ut mihi nunc eveniat velim.
Sed eccum Theophilum: nihil
Herclè potuit fieri opportunius.
Præstolabor eum hîc, atque appellabo, ubi propiùs accesserit.
The. Satis, satis jamdiu mea me domi
Detinuerunt negotia: prodeambulare nunc
Animus est mihi. Spero familiarem aliquem, aut notū obviā
Mihi venturum, cum quo inter eundum confabuler,
Odiosa namque est solitudo, atque ingrata.
Sed quisnā iste est, quē video in ultima hac platea, aut Macarius
Est, aut mihi cæcutiunt oculi. Ipsus est
Profectò: atque adeo huc accedit. Priòr ego illum
Troch. Compellabo. Eho, hîccine eras Macari? *Mac*, Eram
Theophile. Sed quò nunc tibi eundum putas?
The. In nemus ire ambulatum nunc libet mihi:
Ibi nunc esse malo, quàm
In urbe, ubi fumus offendit, populique strepitus, ac
Frequentia. *Mac*. Lubenter tecum unà ibo, nisi
Alium mavis comitem. *The* Nullum pol optarim magis,
Mac. Eamus igitur, *The*, Perplacet.

Actus 3. Scena 2.

Eiusdem rationis versus.

EUSEBIUS, THEOPHILUS, MACARIUS.

DOleo ex animo, cùm mihi in mentem venit — Iambi
Multorum nostrorum civium
Inopia. Inter quos imbecillorum senum
Penuria, atque egestas commovet me maximè,
Illorum præter cæteros
Me miseret, eorumque calamitatem, & miseriam
Quotidie mecum deploro. Sed hunc meum
Dolorem utcunque consolatur, quod intelligo
Magistratum nostrum remedium quærere ei malo,
Quod ut ipsis feliciter succedat, oro atque obsecro — Trochi
Te mi Deus. Sed quinam sunt isti, quos huc video
Accedentes? Theophilus est,
Qui dexter incedit, & alter Macarius,
Nisi quid me fallit visus. Adjungam me eis:
Familiariter enim illis sum usus hactenus.
The. Quid nunc tibi videtur Macari? nonne
Hîc esse malis quàm domi, aut
In urbe, ubi non pauca offendunt incommoda?
Mac. Nihil hâc ambulatione jampridem mihi — Troch.
Fuit jucundius, neque gratius.
At eccum Eusebium non ita procul. *Mac.* Ipsus est,
Accedamus ad eum, & ut unà nobiscum eat
Rogemus. At ipse ultrò ad nos se confert. Bene
Se res habet. *Eus.* Salvete viri humanissimi.
The. Salve Eusebi. Opportunè te hîc invenimus.
At quã gratiâ oppido es egressus? An hîc est tibi — Troch.
Quod agas? *Eus.* Nihil omninò. Sed ambulare per nemus
Hoc tempore lubebat mihi, dies serenos, qualis hic
Est, posthac exspectamus pauciores: nam

Hyems prope est, quæ nos domi
Troch. Detinebit invitos. Sed est quod vobiscum
Agam. *The.* Quid istuc? *Eus.* Hodie quendam habui obvium,
Troch. Qui mihi lętum, gratumque adferebat
Nuncium. *Mac.* Quem amabo? *Eus.* Ajebat civitatis
Nostræ Magistratum consulere velle senibus
Egenis, ac decrepitis, illisque exstruere domicilium,
In quo extremum suæ ætatis tempus honestè, atque commode
Troch. Exigant, Atque is talis erat, ut ei crederem
Satis. *Mac.* Nihil ita me Deus amet, in vita
Mihi unquam nunciatum est auditu jucundius.
Agedum sodes Eusebi, jocóne, an seriò
Tu istud dicis? *Eus.* Seriò id quidem dico, atque ex animo.
Troch. Nunc vos hortor, atque obsecro, ut tam pios
Conatus pro viribus adjuvare
Dignemini. *The.* Nihil est quod fecerim libentius.
Mac. Ego quoque hîc minime me præbebo difficilem.
Quin alios etiam conveniam, atque sedulò
Appellabo non paucos, ut idem faciant. *The.* In
Eo & ego bonam navabo operam. *Eus.* Euge, laudo. Deus
Vortat bene. Nunc quò ire constitueram, pergo.
Valete. *Mac.* Et tu vale Eusebi charissime.

Actus 3. Scena 3.

Eiusdem generis versus.

EUSEBIUS.

Troch. QVod audivi, atque his nunciavi, non herclè dubium
Est mihi. Quin feliciter successurum arbitror:
Pium enim opus est, atque in Republica pulcherrimum,
Et imprimis necessarium. Itaque confido Deum

Nostris

Nostris magistratibus adjutorem fore: tum multos alios,
Non solum cives, sed etiam exteros hos tam
Præclaros conatus suâ
Ope, atque subsidio ad felicem perducturos exitum.
Quis enim in hac re se difficilem præbeat?
Nisi cui cor sit ferreum, & quovis adamante durius.
Sed multa exempla id non futurum persuadent mihi.
Scimus atque videmus etiam, quàm præclara,
Ac magnifica in diversis Hollandiæ urbibus, in senum
Infirmorum subsidium ædificata sint domicilia.
Cujusmodi & hîc exstructum iri confidimus,
Deo, bonisque hominibus adjuvantibus.
In quo quidem opere & me sedulò, atque diligenter operam
Navare convenit. Quod equidem faciam,
Neque conquiescam, neque cessabo, donec quod piè, ac
Salubriter conceptum est, perfectum conspexero. hoc agam.

Actus 4. Scena 1.

Iambici.

NOSOPONUS, AEGIO.

MAgnus profectò avarorum hominum ubique numerus est
E multis vix unum, aut alterum in egenos
Benignum, ac liberalem inveneris;
Cùm qui nos aversantur, atque contumaciter
Rejiciunt, passim deprehendamus plurimos:
Qui nobis opus, laboremque suppeditandum Tiens
Censent infirmis, atque imbecillibus,
Desidiam, ignaviamque exprobrantes. Sed huc,
Quem maximè volo, accedere video: Aegionem

Nimirum. Non sinam illum abire, quanquam aliò,
Vti videtur, iter instituit. Revocabo. Eho.
Aegio quid hoc. Itane me præteris insalutatum?
Aeg, Ignosce sodes Nosopone, non prævideram
Te. *Nos*. Credo id tibi. Sed quo modo
Vales? *Aeg*. Valetudine pol imbecillâ sum,
Atque insuper cum egestate ac penuriâ
Nobis res est domi. *Nos*. Cum eodem herculè malo mihi
Quotidiana quoque lucta est. Pauci enim sunt quos
Nostræ imbecillitatis, cui senectus est obnoxia,
Misereat, aut qui nobis subsidio opitulentur suo.
Aeg. Istud quidem, quamvis grave, utcunque tulerimus, nisi
Essent, qui nostras ærumnas suis conduplicarent
Dicteriis, atque ludibriis. *Nos*. Rectè tu istuc
Ac verè dicis Aegio : itaque nunc mihi in mentem venit,
Quod in schola olim didici puer, ex quopiam
Poëta, cujus jampridem oblitus sum nomen, *Aeg*. Quodnam
Est istud? dic mihi Nosopone. *Nos* Exspecta paulisper,
Troch. Dicam si possum. *Aeg*. Cedò sanè. *Nos*. Nil habet
Infelix paupertas durius in se, quàm quod
Troch. Ridiculos homines facit. *Aeg*. Rem acu
Tetigit ille Poëta, quisquis fuit. At familiarem, &
Amicum nostrum Eusebium huc accedere
Conspicor. *Nos*. Vbi is est? *Aeg*. Ad dexteram: viden'?
Nos. Video, atque gaudeo.
Is enim non solum quotidie nobis succurrit, at
Alios etiam ut idem faciant hortatur plurimos.
Hîc exspectemus illum, atque salutemus comiter.

Actus

Actus 4. Scena 2.

Ejusdem rationis versus.

EUSEBIUS, ÆGIO, NOSOPONUS,

CОnveni hodie huc adveniens quosdam, quibus Troch.
Negotium pecuniæ in usum egenorum senum Troch.
Colligendæ erat datum. Hi nostrorum civium,
Aliorumque exterorum hominum
Benignitatem, ac munificentiam
Vehementer laudabant: adeo ut bona spes sit, hanc
Rem nobis hîc successuram ex sententia.
Sed accedunt huc duo senes, vel adrepunt potius:
Testudine enim sunt tardiores: neque mirum id quidem,
Quando cum corporis imbecillitate,
Atque senectute gravi profectò onere, insuper
Cum egestate, omniumque rerum inopiâ
Res illis est miserrimis. Sed habeo quo
Eos nunc consoler. Neque
Fallam illos, sed quod promissurus sum, non dubito, quin
Effectum conspiciant propediem. *Aeg.* Tempus est
Appellandi Nosopone, antequam aliò se conferat.
Nos. I præ, sequor. *Aeg.* Salutem plurimam tibi
Impertimur vir humanissime.
Eus. Benignè dicitis. Sed gaudeo vos hodie mihi
Venisse obvios. *Nos.* Quid ita? cedò sodes. *Eus.* Iucundum, Troch.
Gratumque vobis adfero Troch.
Nuncium. *Aeg.* Eia, beasti. At dic amabò quid
Sit bonæ rei. *Eus.* Brevi vobis senibus
Videbitis exstructũ domiciliũ, idq; magnificum. *Nos.* Eho, quid
Agis Eusebi? nobis domicilium? *Eus.* Dixi id
Futurum, & fiet sine dubio. Hîc non solum commodus
Dabitur habitandi locus: at cibus etiam atque potus,

Reliquaque necessaria vobis suppeditabuntur omnia.
Nos. Serióne id dicis, an joco
Mi Eusebi? *Eus.* Seriò loquor,
Et ex animo: mentiri enim, aut simulare non
Troch. Est meum. *Nos.* Scimus id Eusebi, neque de te aliter
Suspicati sumus unquam. Sed quò magis
Isthuc optamus esse verum, hoc minus ut credamus
Futurum, animum possumus inducere. *Eus.* Nihilominus
Fiet tamen: & opinione vestrâ, ut arbitror,
Celerius. *Aeg.* Faxit ita Deus optimus, & maximus,
Sed unde tibi hæc affulget spes?. *Eus.* Rogas?
Ex eo quod magistratus noster magno consensu,
Summaque cum laude haud ita pridem decrevit.
Neque dubito quin omnes boni propositum tam pium,
Tamque salutares conatus suis
Facultatibus adjuturi sint sedulò.
Nos. Idem & ego futurum confido. *Aeg.* Et mihi animus ex
Tuo isthoc nuncio, nescio quid præsagit boni.
Eus. Confidite, nihil mea vos fallent promissa. At nunc ut aliò
Eam est necesse. Valete: atque interim
Hoc accipite munusculum.
Troch. *Nos.* Gratiam tibi habemus maximam vir humanissime.

Actus 4. Scena 3.

Ejusdem generis versus.

NOSOPONUS, ÆGIO.

Troch. NÆ ille liberalis semper fuit, & promptus,
Paratusque ad subveniendum pauperibus, ac
Potissimum senibus: inter quos nos semper
Eximios habuit: nam vix unus præterit dies,
Quo non donet nobis aliquid. Sed ostende
Sodes, quid nunc dederit tibi. *Aeg.* Numus aureus

Est

Est, qualem longo nec accepi, nec vidi tempore. Troch.
Nos. Meus quoque aureus est. O nos felices Aegio! proferam
Perspicillum, ut cujus precij sit cognoscam.
Hui, meus est aureus coronatus. Cedo tuum.
Aeg. Ehem, accipe. *Nos.* Tuus quoque, ita me Deus
Amet, ejusdem precij est, aureus itidem coronatus.
Gaudeo me herculè Aegio, & diem hunc nobis
Feliciter illuxisse existimo. *Aeg.* Sic est:
Sed aliud insuper multo maius nobis
Exspectandum est bonum; ædificium videlicet;
Vbi, quod restat vitæ, commodè Troch.
Exigamus. *Nos.* Id ego herclè futurum arbitror:
Nam talem hunc nostrum Eusebium esse novi, ut
Nihil sit dicturus cuipiam, quod non
Ita eventurum credat. Quin ego quoque antè
De eodem audieram aliquid, verùm fidem
Non adhibebam: quando illi, qui istuc nunciabant,
Ipsi diffiderent, nec certum esse, quod audierant
Affirmare auderent. Nunc huic credo satis:
Quem nisi certò id sciret, nihil
Tale nobis dicturum putarem, neque inani spe
Nos falsurum. Verum advesperascit, & sol jam occidit, Troch.
Domum itaque ut nos conferamus expedit.

Actus 5. Scena 1.

Iambici.

MACARIUS, THEOPHILUS.

Gaudeo à magistratu id nobis datum esse Troch.
Negotij Theophile, ut operam nostram tam pio
Impendamus operi. *The.* Mihi quoque nihil in vita
Injunctum fuit unquam, quod fecerim lubentius.
Hic itaque locum nunc deligamus, & quæ ad hanc
Rem erunt opus, paremus. *Mac.* Nihil in me est moræ.
The. Credo statim adfuturos plurimos, qui tam

Troch. Egregium inceptum suâ adjuvabunt munificentiâ.
Mac. De eo quidem nequaquam dubito. Tu ut pecuniam
Quæ mox huc adferetur, vide ut bene numeres,
Ego annotabo sedulò.

Actus 5. Scena 2.

Ejusdem generis.

EUSEBIUS, IGNATIUS.

Troch. NVnc quod ut eveniret sæpe optavi, tandem
Evenisse gaudeo.
Itaque quod multi antè fecerunt, idem
Nunc faciendum existimavi
Mihi: idque pro meis facultatibus, ut puto, satis
Troch. Liberaliter. Namque ea mihi est sententia,
Et sic animum induco meum,
Quicquid huic tam præclaræ rei, tamque salutari
Impenditur, in ipsum Deum erogari.
Neque in eo me errare, aut falli arbitror.
Troch. Nunc itaque hos loculos, pecuniâ refertos,
Domo mecum extuli, in eum
Quem dixi usum, Audio inter alios non paucos,
Macarium quoque & Theophilum huic negotio
Præfectos esse: eosque sibi in foro locum ad
Accipiendam pecuniam delegisse.
Eò recta nunc me confero. Sed quisnam est iste, quem
Huc accedentem conspicor?
Ignatius est, nisi quid me fallunt oculi:
Mirum ni eodèm iturus sit: homo enim est humanus, &
Ad succurrendum egentibus
Proclivis, facilis, atque promptus admodum. Hîc
Illum præstolabor. *Ig.* Qui post mortem partem suorum
Bonorum pauperibus impertiendam
Censent, haud equidem male faciunt; neque
Eos vituperandos existimem; at tamen

Illi mihi multò meliùs facere videntur, qui
Vivi suis non parcunt opibus. Quid enim magni
Promerentur illi, qui suis Troch
Cùm nequeunt amplius frui,
Atque ex hac vita jam sibi emigrandum sentiunt,
Linquendarum facultatum aliquid in
Vsum egentium erogandum
Decernunt, non id sibi, sed hæredibus Troch
Detrahentes? Ego, si quid mihi superest,
Dum meum est, non alienum, dare malo. Sed Troch
Eusebium istic stantem video. Me opperitur, uti
Videtur. *Eus* Non satis quæ loquitur intelligo.
Accedam atque alloquar. Salve Ignati. *Ig.* Et tu Eusebi. Sed
Quid quod te rogem? Nihilne adfers rerum novarum? Troch
Eus. Nihil. Neque inquiro magnopere res novas:
Vtpote quæ vanæ & falsæ sunt plerumque. *Ig.* Bene facis.
Sed quò nunc is? *Eus.* Rectâ in forum.
Ig In forum? Eodem & mihi iter est: neque dubito,
Quin eadem tibi, quæ mihi isthùc sit eundi Troch
Causa, nimirum ut aliquid in egenorum senum
Subsidium conferas. *Eus.* Rem tetigisti acu, ut aiunt.
Ign. Eamus igitur unà. Sed quid hoc? gravi
Mihi videris oneratus sarcinâ. Euge, laudo.
Eus Neq; hoc, quod tu portas, onus est leve. *Ig.* I præ, consequor.

Actus 5. Scena 3.

Eiusdem rationis.

THEOPHILUS, MACARIUS, EUSEBIUS, IGNATIUS.

PArata jam sunt omnia. Accumbamus, &
Quod nobis est commissum, exequamur gnaviter. Troch
Mac. Spero ego me officio bene functurum meo.
Sed huc duos accedentes conspicio: uterque gravi
Videtur onustus marsupio. *The.* Ita est. *Eus.* Venimus

Ad locum, ubi, quod hactenus oneri
Nobis fuit, effundendum est Ignati. *Ign.* Nihil
Erit, quod æquè fecero lubens.
Accedamus. Salvete viri. Habemus, quod statuimus
Impendere in ædificium illud, quod in usum senum
Infirmorum magistratus decrevit exstruendum.
Troch. *The.* Optimè herculè factum; nos habemus, at Deus
Vobis referet gratiam.
Sed quantum adfertis? *Eus.* Ego sexcentos florenos.
Ig. Et ego quingentos. *The.* Expectate paulisper,
Dum numero. *Mac.* Dicite interim,
Quæ vobis elegeritis symbola? *Eus.* Hoc meum
Erit, Nullum simulatum diuturnum. *Ig.* Meum
Non admodum tuo erit dissimile. *Mac.* Quod sodes?
Troch. *Ign.* Dicam. Nullum violentum perpetuum. *Mac.* Rectè.
Annotavi utrumque. *The.* Pecuniam
Troch. Vestram inveni probam, & bene numeratam.
Faxit Deus, ut hæc vestra in senes
Beneficentia vobis cedat feliciter.
Eus. Felicitatem hujus vitæ, quæ fluxa, atque brevis est,
Parvi facimus, æterna, & immortalia
Troch. Nos movent magis. *Mac.* Optimè
Tu quidem isthuc, & sapienter. Recipite loculos,
Atque valete viri honorandi.

Plures postea accedent persona muta, pecuniam etiam adferentes: atque interea ludetur aut cantabitur.

Actus 5. Scena 4.

Ejusdem generis.

MACARIUS, THEOPHILUS, NOSOPONUS, ÆGIO.


NVnc ut diei tempus est,
Non arbitror Theophile plures adventuros:
Itaque domum revertamur,

Atque

Atque nobiscum auferamus, hodie quæ hîc accepimus,
The. Rectè dicis. Non exigua profectò
Pecuniæ summa hæc est. Quæ mihi soli
Si esset ferenda, me imparem
Tanto oneri fore putem. Tu hoc tibi marsupium
Sumito: ego hos loculos utcunque tulero.
Sed vereor tamen ut possim. *Mac.* Et mihi quidem haud levis
Hæc sarcina videtur. Sed accedunt huc, quos
Optarim maximè. *The.* Quinam sunt isti? *Mac.* Nosoponus
Et Aegio: hos primùm delibutos reddamus
Gaudio. *The.* Opportunè sanè. Subsistamus hîc,
Eosq;ue opperiamur. *Mac.* Placet.
At interim depone paulisper sodes, hoc quod
Te gravat onus: idem & ego faciam. *The*, Bene mones.
Nos. Quid agis Aegio? verúmne isthuc esse credis, Troch.
Quod modò nobis commemorabat Eusebius?
Aeg. De eo quidem haud dubium est mihi.
Nos. O nos felices? qui posthac paupertate, & inopiâ
Non affligemur amplius.
Mac. Audin' quid dicat Theophile? *Th.* Ego verò audio:
Sed compellemus, atque hoc illis gratulemur
Bonum. *Nos.* Eho Aegio, Macarium atque Theophilum
Huc accedentes conspicor. *Aeg.* Illi sunt
Ipsi: ex his verum fit, nec ne, de quo modò
Loquebamur, cognoscemus perfectiùs.
The. Salutem vobis ô boni precamur,
Lætumque adferimus nuncium.
Nos. Quem amabò? *Mac.* Hoc quod vobis restat vitæ, posthac
Transigetis commodè. *Aeg.* Optata loqueris. *The.* Ratum Troch.
Certumque id habetote: itaque aliis idem renunciate
Senibus, ac per totum divulgate oppidum,
Nos. Quando futurum id arbitramini viri optimi?
Mac. Propediem. Intuemini hos loculos, multo auro, Troch.
Argentoque turgidos. *Aeg.* Hui, tam graves
Hos quæso? *The.* Hoc quodcunque hodie nobis est annumeratũ,

Non herclè conferendum est, cum pecunia
Ea quæ liberaliter antè in eundem usum
Troch. Collata est à plurimis. Quapropter estote
Nunc animo bono: brevi domicilium omni suâ
Suppellectile apparatum, instructumque
Fore vobis polliceor. Valete: domumque reversi, Deo
Troch. Pro sua erga vos, totamque
Rempublicam benignitate atque
Clementiâ agite gratias. *Aeg.* Faciemus sedulò
Viri humanissimi. *Mac.* Nunc quò
Troch. Cæperamus ite, pergamus Theophile.
The. Fiat Valete, & plaudite.

FINIS.



Voor-reden ende tusschen-sprakẽn van des Rectoors Schonæi Latijns spel.

Edele/ onedle/ soo mannen als vrouwen/
Stadsluyden / huysluyden die hier ontrent zijn/
U gunst tot d'Armen oud'/ alles goets toebetrouwen (went zijn.
Van Goetgunstighen die te verwachten ghe-
2. Deur Giericheydt laet niet Miltheydts deucht gheschent zijn/
Veel die op 'slevens end' zijn/ oud' Armoed' besuren.
1. 't Ghebodt des Liefd's laet diep in u gheprent zijn/
Daer door sal bekent zijn / hoe ghy mint u gheburen.
2. Arm-mannẽ oud/ ten dienst mogẽ geen dienstmaecht huren/
Dies toogt behulplick d'hant/ sy lijden groot ghebreck.
1. Om te verwerven lott/ wilt u gaven uytsturen/
Voor de gheen die crom gaen/ laech duycken metten neck.
2. In bermherticheyts werck/ maeckt langer gheen vertreck/
Den middel siet nu om 'teeuwich leven te winnen/
By de gheen/ die arm/ oud/ steunen op den kreck/
Tabernaculen houdt nu in 't Hemelrijck binnen.
1. Op Gods loon 'toog hebben/ die recht d'Armen beminnen/
't Welck voor dit verganclick van d'Heer toegheseyt is.
2. Wat ghy d'Armen hier gheeft/ dat sult in d'Hemel vinnen/
Door der Armer ghebedt u plaets al bereyt is.
1. Crachtich is d'Aelmis/ die door liefd' inghelept is/
Dubbeltfoult vruchten salmen daer af verwachten.
2. Het betoog der liefden een wijltijts verbeyt is
Aen u broeder/ wilt dat te bewijsen trachten.
1. Wat men de minst doet / sal Christus hem geschiet achten/
Wie 'sHeeren pont begraeft/ zijn arme broeder moort/
Wanneer hy d'ooren stopt voor der Armen gheclachten/
Hy weet zijn broeders noot/ aenbiet hen gheen confoort.
2. Op dien Rentmeester d'Heer met recht hem seer verstoort/
't Vergaerde schat sal hem in 't laetst oordel verdoemen.
1. 't Gheclach der Armen tot Godt den Hemel doorboort/
Wat wil de vrecke dat hy God mint hem beroemen?
2. Wat is voor hem 'tschat meer/ dan verganclijcke bloemen/
Tot 'tghesichts vermaken/ sonder ander profijt.
1. De Schrift schaemt haer den naem des Rijckemans te noemen/

E Voor

Voor wtens door Lazarus sat/ macht niet zijn verblijt.
2. 't Schamle Vrouken prees d'Heer/ die offerden een mijt/
Wat uyt liefde ghesghiet seyt hy ick aenghenaem melle.
1. Den Vrecken was d'Rijckdom int Oordle tot verwijt/
Die bleef uyt 'tvyer/ maer brocht haer meester ter helle.
2. Teghen 't Ghebodt des liefds/ stelt niet u hert rebelle/
Denckt 'tis wel besteet/ 'tgheen men den Armen oud gheeft.
1. 't Is noodich datmen den loon voor ooghen stelle/
Denckt ellendich is d'Man oud/ die in armoed leeft/
d'Handen door d'arbeyt stijf/ t'hooft met de leden beeft/
Lam/ creupel/ blind/ doof/ 'tghebreck sietmen vermeeren.
2. Comt heur in noot te hulp/ op dat hier niemant sneeft/
Sy behoeven spijs/ dranck/ bedden/ lijnwaet/ oock cleeren.
1. Voor al comt helpt ons dat Oudmannen-huys fonderen.

Actus I.

Liefde.

T ghebedt Thobie klonck in den Godlicken ooren/
Doen Gods-hand had geraect dees zijnen vrient vertooren
Met blintheyt en armoed'/ niet door vergramden tooren/
Maer om door middlen te wercken:
Soo 't Gebedt der Armen sietmen nu oock bespooren/
Gods goede gunst gedoocht niet dat sy gaen verloren/
Hy stiert my hier/ om 'thert der milden te doorboren/
Binnen d'Haerlemsche percken/
Maer wat Godlijcke deucht nevens my mach ic hier mercken.

Barmherticheyt voortgecomen.

ALle Landts-hoecken heeftmen my sien deursweruen/
Om benevens Liefd' reyn/ goet logijs te verwerven/
'tValt my moeylick sal ick die langher moeten derven/
Ick denck niet dat Liefde doot is.
Sy Godlijck vol-levens eewich en can niet sterven/
Door wien veel menschen nu't des levens croon beerven
Maer wien sie ick? ist sy die my 'thert doet doorkerven/
By haer te zijn/ ick my van nood' gis/
Sijt ghy die ick soeck? my dunckt ghy zijt seer groot fris.
L. Soeckt ghy my/ of 'twaerdste pant dat in mijn schoot is
V hulp is my van nood' wis/ dies herwerts ben gesonden/
B. Verheucht is mijn hert nu/ heb ick u hier ghevonden/
Door u lieflick vermonden/ maeckt my kond u naem.
L. Liefde/ B/ ghy zijt selfs d'maecht dien ick sochtē eersaem/
Biedt my u mondt bequaem om nae betaem te cussen.
L. Sulcx weygher ick niet/ om u lust yverich te blussen/
Wiens brant heet versussen men niet en can lichtlick.
Nae den [illegible] B. Hoe soet smaeckt dat/ 'tontsonct my t'allē deuchdē stichtelick
Dien ick uyt u cracht soeck wichtlick/ comt ons beneven/
Op dat in Christo d'mensch hier na mach eewich leven/
Door u voortghedreven/ op 'tspoor te volghen mijn.

L. Ick wensch/ te weten/ wien ghy der deuchden meucht zijn.
B. Barmherticheyt/ L. 't Aenschijn geeft dat seer wel te kennē/
Ghy pleecht den mensch van des Giericheyts pat te wennen/
d'Milcheyts wagen te mennen/ op dat des Armoets last
Wt medelijden mocht werden verlicht/ sulcx past
V dienst wel/ menich gast arm u gaven verblyden.
B. 'tMaer al te vergeefs/ als Godt dien niet ghebenedyden/
Een aensien van u ten tijden/ alst vereyscht d'noot/
Wat verwerft Liefde niet door een cleyn stucxken broot/
Men aensiet niet hoe groot/ maer uyt liefde gheschieden.
L. Waer vintmen 'tvolc nu gereet om volbrengen 'tgebiedē/
Veel verd' van ons vlieden/ tot een ander end snel.
B. By een Theophilum ben ick seer bekent wel/
Melijdich/ als ellende fel prangt d'arm Oude-mannen.
L. Macarius sal ons/ hoop ick/ oock niet uytbannen/
Miltherticheyt doet spannen op Giericheyt zijn booch.
B. Schiet ghy dien af/ soo vliecht de scherpe pijl snel hooch/
Wt alder menschen oog' laet ons dat gaen beproeven.
L. Derwaerts gaen wy dan/ ons comst sal hem niet bedroevē/
Gheen ander logijs meer behoeven voor dit pas/
Theophilus een man die Godt bemint/ hy was
Die my herwaerts beriep/ ras soo sal ick hem versoecken.
B. Werd' hy ons cōst nu waer/ herwerts soud' hem vercloeckē.

Actus 2.

Barmherticheyt. Liefde.

B. HElaes 'tRadt is nu in d'werelt gheheel verloopen/
'tOnderste raeckt boven/ wat sal't werden in't lest?
L. 'tGelt onder d'Vrecken raeckt/ yder schrabt in zijn nest/
Niemant denckt om 'taerts-schat 'tschoon Hemelrijc te coopen/
Euclio/ Philargire/ een milt hert waer u best/
Verstoot ghy d'Armen oudt/ 'themelrijck is niet open.
B. Tot een milt hert werdt ghy door Liefde nu beroepen/
Wat ist dat ghy swerelts schat by een sorchvuldich raept?
L. V broeder dorstich/ ghy drinckt den wijn by stopen/
Cierlijck ghecleedt/ lecker eet/ op sachte bedden slaept. (gaept/
B. Ghy denckt niet hoe een buyck hongrich na drooch broot
En laet nimants kruymkens van u tafel sich versaden.
L. Tot u bederf ghy al 'taertsche schat by een graept/
d'Armen opslockt met huyt en haer vol onghenaden.
B. V Erfgenamen 'tgroot ghewin mach zijn tot schaden/
Te vergeefs fortuyn u toeschickt 'tsilver en gout/
Wtghesondert den reuck/ door niemant u weldaden/
Wee u/ dat ghy u gheen wooning in d'Hemelen bout.
L. Ghy zijt Rentmeesters van 'tschat dat u is betrout/
Als goede dispensiers moet dat wijslijck regieren/
Wat reeckning sult ghy doen/ werdt bevonden u foult

Tot u onschult voor u Coninck goedertieren.
B. Ick vrees hy sal u in den duysteren kercker stieren/
Waer steech knerssing der tanden is door swaer ghequel.
L. t'Onrechtvaerdich ghewin in geenderley manieren
Goet is voor Godt/ daer door afrockt ghy d'Armen tvel/
B. d'Hant int uytleenen traech/ maer in't ontfanghen snel/
d'Ooren voor d'Armen doof/ hoe luyd' dat sy creten.
L. Waerom vaer de Rijck mans ziel doen hy sterf in d'hel/
Die Lazarum oudt/ arm/ creupel had vergeten.
B. Abraham in wiens schoot Lazarus sat/ verweten
Heeft den rijcken Vreck die int diepst van d'hel lach/
Hoe dat hy op d'werelt rijckdom groot had beseten/
Zijn ooren ghestopt toe voor der Armen gheclach.
L. Philargire keert weer/ terwijls noch schijnt den dach
Der genaden /zaeyt milt/ soo meucht ghy vruchten mayen.
B. Besteelt u gelt daer gheen roest dat verteren mach/
Gheen mot u cleeren mach knaghen/ wilt 'trat om drayen/
L. Wilt niet alleen uytsien hoe dat de winden wayen/
Op dat met ghemack u Scheepen haest comen t'huys/
Siet wat van noot is/ als veel arme wulpen crayen/
Hebt ghy Christum lief/ helpt den geen die draghen 'tcruys.
B. Anders sult ghy hier na voor Godt staen heel confuys/
Verstooten uyt zijn huys als een dienaer ontrouwe/
Onrechtveerdich int cleyn/ int meest blijft meer abuys/
Hoe sult ghy 'taenschijn dijns meesters durven aenschouwen?
L. Neemt ons vermaen ten goet/ ten sal u niet berouwen.

Actus 3.

Liefde. Barmherticheyt.

GRoot in vermoghen des aelmis cracht/
Te vergeefs werdt niet d'Armen yet ghegheven/
Als Liefde daer in wercken mach/
Barmherticheyt niet ongheloont blijft/
Sevenvoult vruchts men door dien verwacht:
Want by Godt zijn d'Armen hooch verheven/
Groot in vermoghen/ des aelmis cracht/
Te vergeefs wert niet d'Armen yet ghegheven/
Daer door wert Gods gramschap versacht/
D'weldaden Gods d'aelmis aencleven/
Noyt schade onder liefds-wercken lach/
Ons ghehedt wert door aelmis verstijft/
Groot in vermoghen des aelmis cracht/
Te vergeefs wert niet d'Armen yet ghegheven/
Als Liefde daer in wercken mach/
Barmhertichept niet ongheloont blijft.
De Coninck David een Propheet die ons gheryft
Met Psalmen melodieux schrijft/ Salich sal d'man wesen/

Die op-

Die 'op het behoef der Armen hooch ghepresen
Hem verstaet / God de Heer hem vrijt in tijt van noot.
B. d'Heer hem levendich maeckt / weert quad' aenslagē groot
Op 's vyants aenslach bloot levert niet in zijn wille.
L. Op d'aerd' hem salich maeckt / op 't bedt zijns pijns rust stille
Als de snoode grillen sal voor 's Heeren straf swaer.
B. Jubende Salomon noemt salich d'man voorwaer /
Die over d'Armen maer ontfermt in quade daghen.
L. Salich Eusebius / die nite en can verdraghen
Der Armer lang claghen / maer haest die met Aelmis stilt.
B. Voor' taenschijn Gods op quā d'Aelmis Cornelij nult /
Zoo Gods Enghel ghetuyght / versterckten zijn ghebeden.
L. Wilt ghy verhoort zijn eerst stelt Gods leden te vreden /
Den naeckten wilt cleeden / bestelt heur goet logijs.
B. Salich die den Crancken / Kreuplen / Blinden / Arm / Grijs /
Te maeltijt roepen wijs / wachtend' hier geen vergoeden /
Groot loon hun volgen sal als sy dat minst vermoeden /
Heur ontbreeckt geen voorspoede / Schriftuyr getuyght dat vast.
L. Ick sorg dat hier menich niet veel op 't voorn anen past /
Als heur de doot verrast / sullen sulcx waer bevinden.
B. 't Sal soet om hooren zijn / comt nu al mijn beminden /
De doot u niet verslinden sal / besit dat Rijck.
D'Hongrig' hebt ghy gespijst / sy bidden voor u ghelijck
Die Pelgroms na blijck ontfanghen en den naeckten /
Getroost / de Crancke med' / g'laest die dorstich na dranc haeckten
Om mijns naems wil laeckten ghy nopt eenich ongemack:
B. Maer voor den Vreckē sal Gods aenschijn staen seer strack

Actus 4.

Barmherticheyt. Liefde.

B. VV At een grooten vreucht /
Een cleyn Aelmis maeckten.
L. Door weynich verheucht /
Wat een grooten vreucht /
't Hert vol ghenaucht /
d'Voeten nau aerde raeckten:
Wat een grooten vreucht
Een cleyn Aelmis maeckten /
Sy spronghen hemel recht op: want sy verblyden /
Ginghen aen de zijde / sy lachten inde vuyst /
Elck had een gouden croon / die niemt konden sy juyst /
d'Hongrigē nopt verbuyst / te zijn een groot Heer meendē /
Sy voelden geen aerd' / die eerst door honger weenden /
Die swack was steende nu niet / 't was geneucht om sien /
't Scheen schier mirakle / als eertijts plach te gheschien /
Die creupel op de been sonder kruck by nae liep /

 Sij

Siet doch wat ick heb tot zijn' medenaer lijd' creyt/
Van blyschap niet en sliep geheele lange nachten/
Groot loon Eusebius voor dees blyschap moet verwachten/
Door des ghebedts crachten der Armen/ goet voor hem/
Heur vreucht onuytspreecklick ophevende d' heur stem/
Tot Godt binnen Haerlem/ dit sal de milde ghenieten/
Dies laet u doch 'tgoet doen aen d'Armen niet verdrieten/
O queest niet 't voorschieten des liefds verdraegt dat/
Breeckt u aen den Armen/ wint heur af 't Hemels schat/
Voor u kleyne gaven sullen sy dat uytdeelen/
'tProfijt sal groot zijn/ men sal daerom niet krackeelen/
Gheen dieven sullen dat steelen/ 'twert wel bewaert/
Hoe datmen daer aen mach gheraken wert verclaert/
'tGheen ghy hun gheeft/ dat spaert ghy voor u onbedroghen/
Met 't Mammon diep uyt 'thert der harden opghetoghen/
D' werelt bekogelt ons ooghen/ maer maeckt daer mede
Vrinden/ die ons moghen lest herberghen in vrede/
Becleedt naeckte leden/ soo u zonden bedeckt/
Laet d'slincker hant weten niet wat d'rechter uytreckt/
Wanneer t'en behulp streckt der Armen die hier woonen/
V Vader die dat siet sal't inden Hemel loonen/
Den weldader croonen/ die wel besteet zijn pont/
Een Heer over meer hem stellen sal/ hier nae terstont/
Met hem maken verbont/ oock den vrede ghestadich/
Die 'tpont begroef ontrou/ getracteert onghenadich/
Blijft niet lang beradich/ wat nu best te doen staet/
Gheeft ghehoor met vlijt/ die u nu te besten raet,

Actus 5.

Liefde. Barmhertichet.

EEn koolken des liefds vuyr niet lichtlick verdooven sal/
Gloevend' tot alder uyr/ geen wermt sal dat beswijcken.
B. 't Geloof/ d'hoop/ deuchdē groot 'onder dees liefd boven al/
Een koolken des liefds vyer niet lichtlick verdoven sal.
B. 'tontfonckt heet een milt hert/ dies wilt dat doch loven al/
Waer dat het sich verspreyt/ daer moet Giericheyt wijcken/
Een koolken des liefds vuyr niet lichtlick verdoven sal/
Gloepend' tot alder uyr/ geen wermt sal dat beswijcken/
Aen den leden Christi/ oudt/ arm/ u trou moet blijcken/
Bemint ghy Christum alst hooft/ ghelijck haer man een vrou/
Dat ghy de minst hier doet/ doet ghy in 't Hemelrijcke
Den Heere Christo selfs/ blijft hem in liefde ghetrou/
Inwendich verheucht ben/ nu ick alhier aenschou
Een menichte van volck/ tot den Armen gheneghen/
Des Stadts-Raet eerbaer sal (verhoop ick) derven rou/
Verstaende wat hier al voor d'Armen wert verkreghen/
Der Ouden blyschap groot/ mach niet werden verswegen/

Wat ton

Wel konig uytspreken sal/ hoe seer sy zijn verblijt/
Bedancken den Magistraet/ dat sy voor heur sorch dreghen/
Voor des Lants welvaert sy weder bidden altijt.
Wijt ghesayt/ wederom ghemaeyt sal werden wijt/
Wy connen ons niet ghenoech u danckbaer betoonen/
Seer milt in't loon/ yder hem nae vermoghen quijt/
'tGoet dat ghy d'Armen oudt doet/ sal Godt weder loonen:
Door u gaven bout ghy haer huys om in te woonen/
Dies niet ghenoech connen prijsen ons Heer en Godt/
Hem biddende dat hy wil al heur weldaders croonen
Met de croon der glorien/ volbrocht des liefdes Ghebodt/
Veel prijsen opgherecht om te verwerken tot
Een yverigheit yver/ ghelijck om prijs veel loopen/
Een dat verwerft/ alsoo sal een oock 'thoochst lot
Crijghen/ hoewel datter veel daer nae spoen en hopen/
Daer door aenghelockt zijt/ tot veel hoogher beroopen/
Niet te verghelijcken by 'tsilver ofte gout/
Die rijcke van d'Armen 'tHemelrijck moeten coopen/
Vercrijcht ghy hier niet op een Hemelsche lot betrout/
Salich d'man die op dees aerd' een Hemelsch huys boudt/
Tot sulcx u bestaen voecht ick can my niet bedwinghen/
Den grooten schat sie ick tot 'slevens onderhoudt/
Met wat een vreuchde groot/ d'Ontfangers dat ontfinghen/
Tot een teecken des vreuchts laet ons nu het nieuwe Liedt
singhen.

Liedeken, Op de wijse:

O volck Israel vveest nu verblijt.

EEn Lotery vertooghen wy/
Waer in loten verschenden/
Elck brengt wat by/ maeckt d'Armen bly
'tProfijt hier deur verbeyden/
Veel Mannen oudt/ seer arm zijn sy/
Heur leden cout verwermen moet ghy/
Een huys toebereyden/
Silver oft gout versaken vry/
Ten sal niet schaden dy/
d'Armoed' Heer doet wat scheyden/
Lott menichfout/ dien ghy aenschout/
Verwacht d'Armen ghestilt/
Met onderhout soomen betrout/
d'Oud-mannen troosten wilt.

2. Niet is Gods kindt/ die niet bemint
Alhier zijn arme broeder/
Als nu Gods vrint/ door oudtheyt blint
Behoeft eenen behoeder/
Met vasten bant/ in Godt ons bint/
Door minnen brant/ die't al verslint/
Liefst der deuchden moeder/
Liest tot Godt aen den mensch begint/
Door wercken dien bevint/
Bestelt d'Armen heur voeder:
Met open hand doet hier bystant
Den ouden Armen milt/
Behoet voor schand heur hier te lant/
d'Oudmannen troosten wilt.
3. Christum vereert nae zijn begeert/
In zijn leden verheven/
Is hy u weert/ tot hem verkeert/
Hy is dat eeuwich leven:
Want hy is Godt/ die't al regeert
Door zijn ghebodt/ doch wat ontbeert
Om d'Armen te gheven/
In Godt blijft hy/ die liest useert
d'Ellendicheyt hem deert
Der Armen die hier sneven/
Mensch blijft niet sot/
Drijft niet u spot
Met een arm mensch die gilt/
V oog' went tot
Gods hoochste lot/
d'Oud-mannen troostan wilt.
4. 't Begin oock end' de liest bekent/
Des wets uyt des Schrifturen/
Met vlijt afwent 'tgroot swaer ellent
Van haer naeste gheburen/
Die in armoed waren ontrent/
Ons huysengoet lijden torment/

d'Arbeyt

d'Arbeyt oud besueren
Doch in voorspoet tot een present/
Wt des liefds minne jent
Wilt u gaven uytsiueren/
Doch mensch zijt vroet/ liefds wil voldoet/
Voor gheen Armen en grilt/
Wt over vloet armoedt versoet
d'Oud-mannen troosten wilt.

Prince.

Ghelijck als hier uytbluft 'theet vyer/
'tWater daer in ghegoten/
Op sulck manier/ d'Aelmis dangier
Der sonden bluft ontsloten.
Nu beropen in dit quartier/
V beurs open/ schrijft op pampier/
Met liefd' doorschoten/
V advijs goet / d'Heer goedertier/
'tHemels lot aenbiet schier/
Thien voor een wert ghenoten/
Blijft wel ghemoet/
Niet meer misdoet/
Den Armen niet en vilt/
Doet heur nu goet/
'tLijden versoet/
D'oud-mannen troosten wilt.

SOo d'Lotery de naem voert van verscheyden loten,
Met veel silvere prijsen, en oock ghetelt gelt,
'tWelck vande Liefhebbers hier mach werden ghenoten,
Ghelijck de kaert tot behoef der Armen opghestelt melt,
De welcke oock mach vercrijghen al ist een arm helt,
Ende met ses stuyvers verwerven den hoochsten prijs:
Maer die verlicht d'armoed die menich oudt man quelt,
Veel hoogher prijs hier nae in 'themelsche paradijs
Ghenieten sal, Christus tot een verjolijs,
Een schoonder Lotery aldaer heeft opgherecht
Voor een yder door barmhertichcheyts bewijs,
Hy voor zijn waerste leden kent den persoonen slecht,
Die in armoed selfs gheleeft heeft, mint zijn arm knecht,
Die op des armoeds pad hem vrolick wil na treden,
Doet dien goet, wilt ghy met Christo zijn ingheghecht,
Wat dien gheschiet, Christus hem dit eyghent oock meden,
Hebt ghy Christum alst hooft lief, troost dan oock zijn leden.

'tGhetal der gheloovighen in d'hemel, oock opter aerden,
Onder een hooft Christo, maeckt een lichaem t'saem,
Door sulcx het een lidt 'tander moet houden in waerden,
'tLidt tot dienst onnut, ick onbequaem raem,
Doet yder lidt zijn dienst niet, haest volcht tot faem blaem,
D'buyck ende maech moet al d'ander leden voeden,
Dies ick een onnut mensch te gheven den Christen naem schaem,
Ofte voor een lit Christi te tellen in voorspoeden,
d'Ooghen moeten 'tlichaem voor ongheval behoeden,
d'Handen wercken, d'mont eet, den voeten gaen, staen,
Dus moet yder zijn dienst doen, die onder dat bebloeden
Hooft Christi wil een lit zijn, liefs wil onderdaen,
Hoe veel u 'thooft waert is, vertoocht nu hier ter baen,
Door u dienst aen d'armen tot onderhout van vreden.
Des barmhartichcheyts loon verwacht ghy buyten waen saen,
Dat yder hem quijt ten dienst, wert hertelijck ghebeden,
Hebt ghy Christum alst hooft lief, troost dan oock zijn leden.

Wanneer hebben wy u (in dat laetste oordeel vraghen
Gods ghebenedyde) ghesien hongrich oft naeckt Heer,
Pelgrom, sieck, ghevanghen tot een groot misshaghen.
Dat wy u spijsden, een cleedt hebben ghemaeckt weer,
Dorstich laefden, in huys herberchden, vry gheraeckt teer,

In cranckheyt versochten, daer van wy niet en weten:
Voorwaer seyde Christus ('tmach niet zijn missaeckt meer)
Wat den minst is ghedaen, doen hy niet had om eten,
Is my selfs ghescheiet, 'tmach niet werden vergeten,
Waeruyt wert bemerckt, dat het hooft is met den leden een,
Die 'thooft te hebben lief nu hier hem derf vermeten,
d'Leden lief hebben moet, met het hooft zijnde ghemeen,
Wanneer haer leet ghescheit, is Christus selfs t'onvreen,
En rekent sulcx, oftmen dat zijn persoon selfs deden,
'tHooft lijt in zijn leden, niet in zijn selfs alleen,
Dus achtervolghende noch onse voorschreven reden,
Hebt ghy Christum alst hooft lief, troost dan oock zijn leden.

PRINCE.

Vierighe liefde breeckt uyt in allen hoecken,
Niemant beletten can, lichtlijck haer brand heet,
Ongheroepen pleeg sy die inden noot zijn te besoecken,
Ter plaetse daer sy haer vercoren in't landt weet,
Tot dienstbaerheyt is 'twaerdichste pant reet,
S'is uyt d'hemelen hooch, de minlickste der Godinnen,
Creech sy door 'tlang vertreck eenig' schand' 'twaer haer leet,
Haer natuer eyghen is, uyt et harte te beminnen,
Plaetsende rust hebbende in't Godlijcke hart binnen,
Godt selfs liefst, d'liefd' Godt is, sy blijft in hem,
Die inde liefde blijft, met allen zijn vijf sinnen,
Hy kent zijn schapen al, sy kennen zijne stem
Liefwaerdich alst hooft, oock hier binnen Haerlem,
Ghelijck die oock zijn in alle andere steden,
Dus ick als van te voor, d'oude propoost uyt brem,
Wilt dit wijt en breet aen allen oorden verspreden,
Hebt ghy Christum alst hooft lief, troost dan oock zijn leden.

FINIS.

